

vatibus ad insaniam redactis, in foribus discerpta est. *Atben. lib. 3. c. 28.*

A LESBONAX histriones, ac gesticulatores appellare solebat *χρησταις*, quod manibus saperent, non lingua. Erat enim saltationis genus, quo graves etiam historiarum citra vocem vel recitantis, vel tibicinis solo corporis gestu sic representabantur, ut spectatores propè plus intelligerent ex saltatione, quam si quis recitasset. *Eras. lib. 8. Apoph.*

B DEMETRIUS Cynicus damnabat artem saltatoriam, velut intulit gestulationem ad tibis modos. Cui gesticulatores quidam non imperitis, cupiens artis suae vindicare gloriam, iussit, ut sub motis tibicinis spectaret ipsum saltantem. Affensus est Demetrius. Ille saltavit Homerice fabulam, adulterium Veneris, ac Martis, ambos Vulcani vinculis irretitos adamantis, ac sole prodeunte, Diis ceteris exhibitos, Venerem erubescens, varios Deorum instantium affectus, Mercurium optantem talia vincula, Martem damnatum, ut penderet mœchagria, ac præterea quicquid ad eam fabulam pertinet. Ibi Cynicus artem admiratus, dixit: Audio homo, quæ facis: non video tantum, sed mihi manibus ipsis loqui videris. In huiusmodi laudem scripsit Lucianus. Plato non propter bat; tamen apud Christianos saltatur inceptus. *Cæli Rhodig. lib. 5. Eras. lib. 8. Apoph.*

C HEGESIANAX Apud Antiochum Regem, non amici sed inimici regis pyrrichiam saltabant in cœnis, sed ipse etiam rex. Cum vero ad Hegesianactem historico ordo choreæ pervenisset, affurgens dixit: Nunquid, o Rex, me malè saltantem mavis aspiciere, an potius mea quadam scripta bene pronuntiantem audire: Qui cum dicere justus esset, ita regi placuit, ut inter ejus amicos, & familiares cooperaretur. *Atben. l. 4.*

C CLISTHENES. Cum nobilem filiam haberet, præconem edici jubebat in Olympiis, qui se dignum esse Clisthenis generum ad sexagesimum diem ad Sicyonem veniret. Quo cum multi proci convenissent, ex omnibus videbatur magis idoneus Hippocleides Atheniensis, Tifandri filius: sed cum supra mentem Laconicos, Atticisque modis ad tibias saltasset, curivobusque, ac brachiis modulatus esset, stomachatus Clisthenes: Tifandri (inquit) fili, desaltasti matrimonium. *Bruf. l. 2.*

C SALTATIONUM, ET CHORARUM FUGA.

Fuere tamen ab hac immunes viri principes plerique, è quibus Albertus Cæsar. Redarguebat is quorundam principum molliem, quod dum se Hannibale fortiores jactent, Sardapalium imitantem, in conspectu nobilium matronarum saltationem inventantur: dicebat enim; Laudo venationem, que virilis exercitatio est: saltationem vero, quæ muliebris duntaxat, nec laudo, nec amplector. *Ex Joan. Peregr. Petrof. in Convival. q. Beyerl. in Apoph.*

Erat ut Imperii, ita & animi ejusdem Tiredicus Imp. cujus memorabilis illa vox: Malim febribus in lecto detineri, quam minimam saltationi operam dare. *En. Sylv. l. 1. Comm. in res Alphonf. Car. Lang. in Polyanth. Beyerl. supra.*

Quid vero expectatis ab Alphonfo Rege Aragonum? ut saltationi, choreisque suffragetur? Haudquaquam. Quippe qui Gallia populos eo nomine leves vocitabat: Quia, quo magis ætate provecti, eò magis saltationis se infania oblectarent. *Panorm. l. 1. de reb. ejusdem, in Sylv. de dicitis.*

D Idem cum mulierem impudentius vidisset saltantem. Exspectate inquit, mox Sibylla edet oraculum, sentiens unum infaniam esse saltationem. *Panorm. l. 2.*

Idem dixisse commemoratur ad illos, qui exemplo Scipionis saltantem exercitum velare contendebant: Saltatorem ab infano nihil distare existimaverim: nisi quod hic dum saltat, ille dum vivit, infans est. *Panorm. l. 1. in refert L. Beyerl. in Apoph.*

Percontanti euidam quid esset chorea: hanc descriptionem recepit.

Chorea est circulus, cujus centrum est diabolus, & circumferentia omnes Angeli ejus. Refert *Corn. à Lapid. in c. 15. Exod. vers. 20.*

Concil. Laodicenum sub ann. 346. can. 53. ita sancit: Non oportet Christiano ad nuptias euntes, vel ballare, vel saltare: sed castè cœnare, vel prandere, sicut competit Christianis.

Cantus profanos exerceat, inquit *ad Ebriosos S. Basilius*; oblitus Psalmorum, & Hymnorum quos didicisti. Moves pedes, & infans saltas, choreas ducis impudens, cum genua

ad Dei, & Domini nostri Jesu Christi cultum flectere oportebat. *Hom. 14.*

Legatur *D. Bassi. supra Cbrystof. hom. 49. in Mettr. Ambros. l. 3. de Virgin. August. in Psal. 32.*

C Choreæ nuptiales. Quere Nuptias.

SALTATORES, ET SALTATRICES PUNITI. EXEMPLA SACRA.

Quando sedit Populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, & qui ludus etiam erat saltationis, & tripodiam; Levitæ contra fratres se armantes, ex eis xxxiii. millia ceciderunt; & ita, ait historia sacra, manus suas consecravit Domino. Insinuans, quod ob hanc causam Levitæ meruerint benedictionem, & sacerdotium: quomodo ob similem zelum Phinees meruit summum Sacerdotium. *Nym. cap. 25. Exod. cap. 32.*

In historia sacra Judicum narratur, quod cum filia Silontine exirent celebrandum festum solenne, & anniversarium, cum choris, & fistulis, adeoque choros duerent, quod ex levitate puellari cas fecisse ait Vermilius; ex religione, patriæque cerimonia Josephus; quamvis ex illo non constet, quantum illa fuerit festivitas, cum Abulenfis videatur innuere Mercatum duntaxat fuisse, & voluptatis causa institutum solemnitate: J. Beniamitæ 200. in vicinis latitantes eas rapuerunt, & matrimonio inierunt: ad eum penè modum, quo Sabine Virgines à Romulo, & Romanis olim raptæ leguntur. *Judic. cap. 21.*

EXEMPLA HISTORICA.

FURIBUNDA adultera, incestaque adeo illa, quæ quidem Herodis habebatur, revera autem Philippi erat conjux, vita longius acta, cum prius filiam, & saltatricem acerbo fato sublatam vidisset, deinde ipsa quoque decessit; futuri sæculi iudicio, & supplicio reservata, meras ibi quam citissime divinæ iræ feces, intolerabilisque indignationis Domini caliginem haustura. Filia autem ejus (dignus enim est, qui memoria commendetur) talis fuit obitus. Eundem ei quoque brumali tempore erat, & fluvius traiciendus: qui cum glacie constrictus, coagmentatusque esset, pedes eum transibat: glacie autem rupta, idque non sine Dei numine, demergitur illa statim in capite tenui, molliisque se movens saltat, non in terra, sed in undis; caput verò se selectum frigore, & glacie concretum, deinde etiam convulserat, & à reliquo corpore, non ferro, sed glaciei crustis resectum, in glacie ipsa saltationem lethalem exhibet: spectaculoque est omnibus præbito, in memoriam ea, quæ læcra, spectantibus revocat. *Nicoph. Calist. lib. 1. biff. Eccl. c. 20.*

Imperante Henrico II. anno salutis humanæ millefimo duodecimo, cum Rupertus presbyter Ecclesiæ sancti Magni martyris in Saxonia primam in nocte Nativitatis Domini Missam inchoasset, quidam Othertus laicus cum aliis viris quindecim, & feminis tribus choream ducens in cœmeterio, secularibusque perstrepsens cantilenis, celebrantem non mediocriter distractum fecit. Quibus cum sacerdos mandaret pet ædrium, ut tacentes ad hujusmodi levitibus in noctem sancta desisterent, illique præcipienti non obtemperarent, commotus ille stans ad altare sacrosanctum dixit: Faciat omnipotens Deus, ut per unum annum totum hic saltantes manere vos oporteat. Mirabile dictu, quia imprecantis vocem Hæc sequutus est illico effectus, ita per totius anni spatium saltabant sine intermissione die ac nocte, non debant neque bibebant, abque somno manebant, non pluvia super eos cecidit, non frigus, non labor eos, nec lassitudo affecit. Nulli quantumlibet interroganti, quicquam loquebantur, vestimenta & calcamenta non trita. Et primo quidem usque ad genua, deinde usque ad femora, terra sub pedibus conculcata videbantur immeriti: filius quoque ipsius sacerdotis eum forem suam accepto brachio de medio saltantium vellet cum violentia educere, brachium ejus de corpore abstrulit; illa autem quasi nihil passa nec doluit, nec emisit vocem, nec una quidem gutta sanguinis distillavit, sed choream continuavit cum reliquis inceptam. Anno tandem evoluto S. Heribertus Archiepiscopus Coloniensis ad cœmeterium venit, & saltentes à maledicto absoluit, introductoque in Ecclesiam Domino reconciliavit. E quibus feminae mox obierunt, virorum quidam in brevi, qui etiam miraculis post mortem clarescere ferunt, quippe qui duram facit penitentiam egerint. Reliqui verò quibus vivere diutius licuit, tremore membrorum quid passi fuerint ostende-

ostenderent. *Jo. Tritem. in Chron. monasterii Harfaugien. Albert. Crantz. l. 4. Saxoniæ. c. 3. in Brædemb. l. 1. Collat. cap. 59. Gilbert. Genebr. l. 4. Cor. sub an. Dom. 1017.*

In villa quadam Brabantia Mulari proca, & vana erat, quæ in omni ferè festo choreas conjungere consueverat. Et factum est, ut juvenibus viris ad saltum iuxta choream ludentibus, uni eorum pilam ferre conanti, baculus de manu fambulis evaderet, & dictam mulierem ducentem choream percussam in capite mox necaret. Hæc ut viderunt omnes confusi sunt, & corpus ad domum propriam detulerunt, & in feretro posuerunt. Presbytero autem cum clericis dicturo vigiliis veniente; ecce taurus nigerrimus, immò dæmon pessimus, cum mugitu accurrens, feretrum cum corpore deiecit, comibusque illud dissipans membratim confodit, ita ut visceribus hinc inde dispersis, fœtor intolerabilis spargeretur. Fugientibus ergo cunctis, cadaver laceratum, usque in crastinum folium relinquunt, quousque scilicet, evaporato fœtore, prolixius intrare possent ad corpus, & sublatum extra cœmeterium sepelire. *Thom. Cantipr. l. 2. Apum. c. 49. cap. 13.*

In Gallia juxta Laudunum, sicut à presbytero villæ percipimus, Quidam chorizantes saltibus super pontem, distrupit subito ponte fortissimo, in aquis validis totaliter sunt submersi: Vidi & ego adhuc puer, in choreis proaciffimam saltatricem, quæ me præsentè post choreas insolenter cum adultero luctabatur, & cum cessasset, subitanea morte percuta miserabiliter expiravit. *Idem Thom. Cant. eod. l. 1. c. 14. & 15.*

Cum aliquando dies natalis B. Petri Apostoli haud procul Noviomensi oppido in vico quodam celebraretur, Beat. Eligii illic suo more constantissime prædicabat verbum Dei; Dicebatque, profligandos & exterminandos esse cunctos demonum ludos, nefandas saltationes, atque choreas, vana quoque, & impias superstitiones. Sed ea verba præcipui ejus loco habitatores indignissime ferebant, quod legitimas, ut ipsi putabant, conductusque eorum abolere vellet. Traharunt tunc quidam impij inter se, præferim è familia Eriehovaldi, qui erat palatio Præfectus, de nece S. Eligio afferenda, si periret ipsorum negus infectari. Quod ubi ille compertit, martyrij incensus desiderio, uno duntaxat Diacono, & duobus clericis sibi adjunctis, reliquis domi manere iussit ocyus eò profectus est, & per medias turbas transiens, in edito quodam loco, ante basilicam majori instantia prædicabat, ac terrore obsequans illos, quod spreis salutaribus monitis, usque adeo demonum ludibriis dediti essent. In iis verbis admodum commoti, conviciis, & contumeliosis eum proscindebant, mortem ei minantes, atque dicentes: Nunquam tu, Romane, licet crebro castas, nostras poteris abrogare consuetudines: sed eas nos mordicus retinebimus, nec ullus mortalium tollet nobis gratissimos ludos. Tum ille nihil se proficere cernens, rei indignitate perterritus Dominum Jesum toto pectore oravit: ut permitteret homines improbos, qui tam audacter contra ejus præcepta venirent, & demonibus petulantè obsequerentur, ab iis ipsis obideri: ut vel sic cognoscerent, quorum operibus delectarentur, & homines fideles propensius laude, & prædicatione ipsius Christi nomen offerrent. Dixit, & confestim permulti, i præferim, qui manus ei iniicere moliebantur, à demonibus arrepti, multis modis debacchari cœperunt. Ea re valde terribi omnes, qui aderant ad hominis Dei se vestigia abiciebant, veriti, ne similia paterentur: promittebantque se didis ejus D omnibus audientes fore. Ad quos vir beatus. Ne timueritis, inquit, sed justum Dei iudicium laudate: dignum est enim, ut qui ejus iusta contemnunt, ad tempus illis traditi, quos amant, sentiant magistros suos, quos colunt. Vos autem si Christi præceptis libenter parere vultis, nihil timeatis hos Iatronicos. Multis autem rogantibus, ut pro eis Dominum deprecaretur: Sinite, inquit, te ipsa experiri illos, quibus hæc tenus morem gesserint. Atque ita illo anno usque ad anniversarium ejus solennitatis diem manserunt illi obsessi à Demonibus. In ipsa autem solennitate iussit eos omnes exhiberi palam, porrigensque illis aquam benedictam, illico curavit eos. Erant sanè homines amplius quinquaginta: eumque eos probè instituit, & graviter objurgasset, sanos à se dimisit. *Ex vita S. Eligii Episc. lib. 2. cap. 20. apud Saurum.*

Sæpenumerò accidit, ut sponsi divinum matrimonij sacramentum, uti oportet, excolant, & ii, qui nuptias eorum celebrant, culpam nexibus sese illaqueant. Unde in eos divina provenit ultio, cum Dei gratia sponsum assilgaret. Agebantur *L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.*

Qualentes in Lubia nuptiæ, aderatque frequentissima viro- rum, mulierumque multitudo choreas ducens; ignis incognita origine domum invadit, perimuntur ab eo centum octoginta utriusque sexus, soli sponsi nudi è lecto evasere incolomes. Unde datus est proverbio locus, Nuptiæ scilicet Qualentes. *Albert. Crantz. l. 12. Vandal. biff. c. 12. Majolus Collog. 4. S. th. an. Dom. 1440.*

Lupovicus Marchio Misnensis, ab Halberstadenfè ad Bambergensem, hinc ad Magdeburgensem Archiepiscopatum evedtus, choreas, & carmina non omisit: plus in eo valebat patrius mos, quam Christi religio. Ad dies carnisprivii vocavit mysterialium suorum puellas, & matronas in oppidum Calven, ipseque primus in prætorio spatiofo choreis intererat, feminarum restim ducens. Die lunæ ad horam vesperam apparuit ignis in camera levissimus, qui vel à puero restingui potuisset. Nemo occurrebat, sed ad gradus festinant universi tanta contentione, ut pondere victa domus, crepitu ingenti edito, subderet, & per scalas lapideas Archiepiscopus, manu tenens dominam, cum trecentis aliis rueret, & postera die moreretur. Ex reliquis tres soli perierunt. *Idem Crantz. lib. 10. Metrop. cap. 23. in l. 20. Saxoniæ. c. 5.*

Sub Rudolpho I. cum Trajæsi juvenes, puellæ, viri, & feminae choreas ducerent in ponte frequentes, & venerabile Christi sacramentum deferretur, nec illi profererentur, intenti vanitatibus, mox ponte decidente, ducenti propè mortales perierunt. *Crantz. lib. 18. Metrop. c. 9.*

Legitur de Sorore S. Damiani, quod ob delectationem nimiam, quàm habuit in cantilena ex cubiculo in choreis audita, octodecim diebus punita sit penis purgatori, ut ipsa postea cuidam sancto revelavit. *Florentin. Hartbomus Garthof. l. 2. biff. Cbrist. cap. 25. in Martibus Felibus in Decad. Præcepti. 3. c. 14.*

BECAELLI, & Salæ sevo inter se certamine conflixerunt. Causam rixæ attulit Bartholomæus Becatellus à Hieronymo Sala, quem præire inducenda chorea voluit, in facie lauciat. Concurfu ab utrisque familiis illico facto, ac certamine inito, multi utrinque occisi, ac vulnerati sunt, majorque numerum subsequuta cædes fuisse, nisi Albertus prætor cum cohorte sua intercurrentes læventem seditionis flammam compescuisset, ac Hieronymum comprehensum in carcerem conjecisset, ubi eum tandiu habuit, donec pace composita, in gratiam ipsæ inter se familiae redierunt. *Carol. Sigon. l. 20. de Regno Italiae ann. 1269.*

ALEXANDER III. Scotorum Rex, senex, cum tertio uxorem sibi desponderet Druydam Comitissam, & noctu festum celebraretur, vidit cum aulica familia mortuum in fine choreæ carnis exutum saltantem. Quod cum Rex, cæterique animadvertent, attoniti primum subliterent: deinde omen averfati non solum, tunc fed & in posterum dimiserunt nuptiales iocos. Nec inaniter hoc visum, nam eodem anno Rex infidens equo impotenti, excussus, & occisus est. Inde etiam clades, & seditiones oræ, quæ florentissimum aliquot regnum everterunt. Sub annum Dom. millefimum ducentissimum quinquagesimum hæc contigerunt. *Ex H. Baet. in Scotiis Annal. Renatus Choppin. de sacra Polit. lib. 3. tit. 7.*

Hoc unum præterea in æternam commendationem Regiæ civitatis Genadensis terræ Prussiiæ versus Aquilonem, his afferre licebit, quod circa annum Dom. m. d. xxx. contigit. Quidam impurissimi mercatores, Lutheranæ licentiæ præsumptuosi facti, numero septem, cum tot meretricibus nudato Hæc choream (quam Adæ Evæque vocabant) præmissa turpissima saltatione instituerent conantes, in ipso exordio justia Magistratus capti, & ad publicam statuum ignominiam plenam, vehementissimis chordis, ac asperissimis virgis cæsi, bonisque omnibus privati, extra dominia eorum, & portam civitatis ministerio tortorum educti, perpetuo sunt proscripti, domusque solo æquata, sub lege annexa, ne quis eam ullo unquam tempore inhabitaret. Fundus, & domus hæc euidam mercatori famosissimo, Jacobo Campen nomine, atinebat, quam aliquoties vidi. *Olaus Magnus Episc. Volsalensis, Suetia, & Gotbia Primas l. 15. biff. de Gentib. Septentr. c. 11.*

Quod histrionibus, & tibia canentibus applaudant demones, per generosam, & verè sanctum virum Gofyvinum Dominum de Velpia, militem in ducatu Brabantia veraciter accepit. Habebat ille, ut mihi retulit, Famulum quendam nocturnæ custodiæ deputatum, qui obscenus nimis, & lubricus, congregationes puellarum, ac juvenum, tibia canens, & fistulis faciebat.

faciebat. Hic cum semel vespere tibia caneret, & gesticulatio- nibus, ac saltibus conciperet, vidit dictus miles manifestissimè demonem cornutum, villosum, vibrantibus, & igneis oculis ante tibicinem saltare, & secundum motum illius motibus divertimodis congaudere. Hoc igitur cum servo Domini- nus intimafer, & ille nollet desistere à damabili ludo, & maxime in provocatione in obscœnis carminibus puellarum, dimisit eum, ac repulit. Ille verò post paucos dies reproba morte percussus vitam miseram terminavit. Thom. Cantipr. lib. 2. Apum. c. 49. p. 21.

Ad officionem verò hominum qualiter permittente Deo cooperentur demones, audiamus. Marchia in Flandria, atque Brabantia districtu villa populosissima fuit est, in qua dedicatio celebrata multis ad spectacula, & ad lulum traxerat. Inter quos ut à magistro Gulielmo bono, & literato presbytero, & de eisdem partibus nato, percipimus: quidam Tibicen erat, qui chorizantes juvenes, & puellas saltationibus, & gesticulacionibus suis ad carmina obscœna, & turpia concitabat. Hinc caelo nubibus circa vespas obscuro, quique ad propria redierunt. Solo autem tibicine nondum lufibus fa- tiato, per viam ad solita remeante, ac canente tibia, & saltante, & posteriorum sonitibus turpiter insonante, duo pueri pastores ubi coruscationes, & tonitrua imminere vide- runt, ad dumeta fugerunt, & eis videntibus in tibicinem ful- men cecidit, & extinxit, ejus brachium amputavit. Nec mora, viderunt pueri, quod duo nigerrimi canes ex insperato vene- runt, & inter se pendulum extincti brachium deportarunt. Hæc post tonitrua nunciandibus pueris amici venerunt, & ca- daver mortui ad propria derulerunt. Manè autem, dicente presbytero, quia in atrio fidelium sepeliendus non est, quem in ludis turpibus tam notabiliter tonitruum occidisset, res- ponderunt amici: Esti extinctus sit tonitruo, tamen ad dedicatio- nem Ecclesie peregrinus num aliis occurrit. Permissit ergo pres- byter; est dolens ut in atrio sit sepultus. Et vide rectitudinem divini iudicii. Manè factò sepulchrum patens inventum est, & locus, in quo jacuerat, vacuus, & ejectus. Cadaver verò, ut optime credi potest, sicut & ejus brachium, à demonibus at- portatum est. Nota ergo, lector, quod tali vindicta digni sunt, est eos patiente Deo, tales semper casus non puniat, qui tur- pibus ludis, & cantibus sacra fidelium atria, & Ecclesiam in- honorant. Idem Thom. eod. c. 57. p. 4.

Ludovicus Episcopus Bambergenfis, postquam integro octennio pro Archiepiscopatu Moguntino ad quem à plerisque adfectus fuerat, litigasset, adversus Adolphum Naslovium, cum in solenni quodam nobilium utriusque sexus conventu insolentibus, & præter liti status decentiam tripudiasset, vivas igne cœlestis demisso combustus fuit. Ita M. S. bfl. Mogunt. relatum à Serrario in Adolpo I. Alii volunt cum oborto incendio trichilino profugisse, & per gradus præcipitatum, postero die obiisse. Grantz.

HIEROGLYPHICUM SALTATIONIS.

Apud Philippum illum, qui Sacerdotum Ægyptiorum lemmata quadam Græcè scripta posteritati tradidit, saltato- rem hominem, & tibis deditum, per Turtorem significare legitur, neque quicquam aliud. Nam eam omnino tibis mi- rum in modum compertum est affici, & cantu in insidias al- lici, & capi. P. Val. l. 2. p. 208.

* Chorepiscopi.

D EORUM INSTITUTIO, ET MUNUS.

Chorepiscopi olim dicebantur Presbyteri; qui in pagis, aut oppidis etiam, Episcoporum loco curam gerebant ani- marum, ac regimini Ecclesiastico ceu præsidēs advigilabant: quod munus modo videntur deserte Archiepiscopi rurales, qui alio nomine vocantur Decani Christianitatis, in pagis: In civitate verò Archiepiscopi Civitates.

Dicebantur autem hoc nomine, vel ut scribit Damas. Epist. 3. quasi villarum Episcopi: nam χῆρος Græcis est oppidum, vel Regio: vel potius ut Concil. Neocesar. can. 13. Antio- chenum can. 8. docent; quasi vicarii, sive qui locum teneant Episcoporum χῆρος, etiam locum significat. Alioquin istis sculis posterioribus nomen Chorepiscoporum interit, munus ex integro non item.

Erant autem duplices Chorepiscopi: quidam verè Episco- palem consecrationem acceperant: tamen non habebant prop- iam Ecclesiam, & ideo Chorepiscopi dicebantur, quomo-

do nunc Episcopi Titulares, & Suffraganei: atque illi etiam Pontificalia nonnulla exercebant, ordinabant, &c. & de il- lis loquitur Concil. Antiochen. teste Damaso supra. Alii erant dumtaxat Presbyteri, qui nihil circa hæc poterant: quamvis nonnulli admittere videantur, concessam ex privilegio illis nonnunquam fuisse ordinationem Subdiaconorum: quod Da- masus Epist. 3. videtur negare. Vide Card. Bellarm. Tom. 2. Controv. l. 1. de Cler. c. 17.

* Chrestii, & Chrestologi.

QUI, & UNDE DICTI?

Lim à Græca voce Χρησῖς, vocabantur Græcis Chrestii: qui attentè erant ad rem, & erga alios benefici. Christos enim utilem interpretatur, vel commodum. Unde Lucianus in Philopatro: Pauci, inquit, Chrestii, idest, frugi sunt.

Chrestologi verò dicebantur, qui cum beneloquentur, malè tamen agerent: de qua causa Pertinacem Imperatorem Chrestologum appellatum refert Jul. Capitolin.

Apostolus Paulus vocat hæreticos Chrestologos, dum vult F. nos eorum blandiloquentiam declinare, & cavere. Hujus autem vocis meminit idem, ubi dicit: Paulus in Epist. ad Ephes. cap. 4. Estote invicem benigni, Græcè est χρηστοί, & apparet Chrestus, quorumdam gentium, immò & Romanorum proprium nomen fuisse: eaque ratione perierit eorum Chri- stum Chrestum appellatum: de quo Consule Lorin. in cap. 1. v. 13. Apor. 13.

* Chrima.

EJUS MATERIA, ET INSTITUTIO.

Chrima significat unctioem, sive unguentum, idque non simplex, sed confectum ex pluribus rebus: saltem ex veteri Ecclesie sensu, & usu: ut patet ex Innoc. III. c. Postor- talis, Extra. de Sacram. non iterandis: ubi Chrima distin- guit ab oleo simplici benedicto.

Est ergo Chrima oleum mixtum balsamo. Cujus antiqui- tatem Dionysius Areopagita asserit c. 4. Eccl. Hierar. p. 3. ubi licet balsami in particulari non meminerit, dicit tamen un- guenti, quo utitur Ecclesia, compositionem esse collectionem suavitè spirantium materiarum.

Et refert Cyprian. expresso nomine balsami: Hodie in Ec- clesia sacrum Chrima conficitur, in quo mixtum oleo balsam- o sacerdotalis, & regie dignitatis exprimit unitatem. Serm. de unct. Chrima.

S. GREGORIUS Papa. c. 1. in cantica, meminit Chrimatis ex oleo, & balsamo.

Docuit autem Ecclesiam suam hanc Chrimatis confectio- nem in ultimo illo sermone, quem ante cenam cum Apo- stolis habuit Christus, quando etiam plura alia ad suam Ecclesie suæ gubernationem fecit, & dixit, etiam non omnia in particulari sint litteris commendata. Certe nullum hæ- stenus Scripserunt Hæretici depræpserunt, nullum Conci- lium, in quo institutionis facti hujus unguenti mentio fiat. Sed omnes etiam vetustissimi, loquentur velut de re jam usu recepta. Manavit itaque hæc Chrimatis confectio ex Apo- stolica traditione, Christianique institutione, ad quem spectavit instituire essentialia Sacramentorum. Esse autem Chrima materiam essentialiter requisitam ad Sacramentum Confirma- tionis, definitur in Concilio Florentino, & Tridentino. Unde illud Sacramentum nonnunquam à materia vocatur H Chrima, vel Sacramentum Chrimatis, idque ab antiquis- simis Patribus.

BENEDICTIO.

Debet Chrima benedici, seu consecrari ab Episcopo, idque exemplo sumpto ab Apostolis: ut refert Clem. l. 7. Constit. Apostolicæ. c. 44. & 42.

Et fit illa benedictio Feria V. in Cœna Domini, ut testis est Fabianus Martyr. De qua re vide, quæ infra dicuntur sub Tit. de Confirmatione.

Dionys. Areopag. testatur, Chrimatis consecrationem à Pontifice fieri consuetam. c. 4. Eccl. Hierar. c. b.

Cyrill. Hierosolym. hanc consecrationem ita exaggerat, ut eam cum consecratione Eucharistice videatur conferre. Ca- tberg. 3. mystig. ubi comparatio accipienda est per quandam similitudinem, vel proportionem, non æqualitatem.

Non est ergo Chrima solum nuda, & materialis commix- tio olei, & balsami, quia illam quilibet facere poterit, sed est simul

simul benedictio aliqua, seu consecratio, ad quam Episcopa- lis auctoritas necessaria est: ut absque illa nihil fiat, pertinet enim ad potestatem ordinis Episcopalis, neque eam habet ex vi ordinis simplex Sacerdos. An verò Pontifex eam committe- re possit, disputatur apud Theologos: & probabilius vide- tur non posse. Vide Suarez p. 1. q. 72. art. 6. disp. 33. sect. 2.

FIGURA CHRISMATIS.

In veteri Testamento iussit Deus fieri unguentum, Exod. c. 30. quo ungeretur tabernaculum, & sacerdotes: quod figu- ram præfuit Chrimatis, & docet Cyprianus supra. Illud autem erat ex oleo olivatum, & admixtione odoriferorum succorum, inter quæ statem fuisse, & balsamum dicitur.

USUS.

Sacri Chrimatis usus varius est in Ecclesia, maxime solen- nis, & essentialis est in Sacramento Confirmationis, cujus est materia necessaria. De quo vide suo loco.

Etiam infantibus, & catechumenis postquam fuerint ba- ptizati, vertex capitis Chrimate inungitur, quam ceremoni- am in Ecclesia primitiva adhibitam, diximus Tit. de Baptis- mo, s. Ceremonia baptismi.

Altaria quoque, & calices, aliaque vasa sacra dum benedi- cuntur Chrimate inunguntur, exemplo veteris benedictionis: juxta quam altare, tabernaculum, ejusque vasa ungebantur ex Dei mandato.

Consule Tit. de Sacrificio, s. de vasis sacris. Item Tit. de Altari.

* Christus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Christus, Græcè dictio est: nam χριστός, unctus dicitur adjectivè, & χρισί, ungo, χρίσι, unctio. Quod nomen filio Virginis Mariæ Jezu optime convenit, tum quia in humanitate est unctus oleo gratiæ præialis, tum quia hoc nomen exprimit unitatem personæ in duabus naturis, exprimit enim dignitatem regiam, & sacerdotalem. Ipse enim est Rex, & Sacerdos summus in æternum, secundum ordinem Melchi- sedech. Psal. 114.

Hebr. Massiach, id est unxit oleo. Hinc Massiach, nobis Messias. χριστός, Christus. Sub lege olim ungebantur Sacerdotes, Reges, & Prophetæ.

NOMEN.

Christi nomen officii est, non naturæ: adeoque appellati- um ut vult Tertul. sive ut Lactantius dicit, nomen, & nun- cupationem regni, & potestatis: sic enim Judæi suum Regem appellabant. Derivatum autem est ab oleo deitatis in humani- tate: sive oleo gratiæ creatæ: sive oleo Spiritus sancti: prout diversimodè Patres loquuntur. Et propter unctioem mate- riam, constat sæpè in scripturis varios homines Christos nun- cupari. Itaque à spirituali unctioe Christi nomen desumitur, ut paulo ante dictum est. De quo etrudè distinet. Lorin. in c. 3. Ait. Apostolorum.

Christo autem tanquam nomen proprium inditum est nomen Jeshu, non super omne nomen: de quo multa dicemus in Litera I. Et notandum, quod nomen Christi non verò Messie D mutemus à Græcis, addito nomine ab Hebræis desumpto, videlicet Jeshu: ita ut dicamus Jeshu Christum, vel Christum Jeshu, ut intelligamus, ait August. lib. de Spir. s. l. 1. c. 42. & alibi, eundem Græcorum, Judæorum, & Gentium Deum: ac est eadem personam, quæ Christus sit, & Jeshu, nec alium esse Jeshu, qui passus sit, alium Christum, qui miracula edidit, cujus hæresis meminit Iren. l. 1. c. 11. Denique ut auditis his nominibus, quædam Incarnationis notio exprimeretur: neque enim esse potest Jeshu, idest Salvator, nisi Christus, idest unctus, & homo: unctio enim non fit nisi ratione humanitatis, ait Hilarius: Interim nomen Christum inditum fuit Salvatore nostro ante Incarnationem, & de illo intelligitur locutus Da- vid, dum orat. Non aversas faciem Christi tui. Psal. 131. ut Chryfost. exponit. Et illud Eccl. 47. Christum purgavit pec- cata ipsius, juxta quosdam Codices.

TYPI, ET NOMINA VARIA.

Typi, & figuræ Christi fuerunt Isaac, Joseph, David, Josue, Jeshu sedech: quorum rationes videantur apud Homeli-

as. Vocatur autem Christus nomine 4. animalium apud Ezechiele. i. Vir, Oriens, apud Zachar. Agnus, Leo, Pec- tra, Lapis angularis, flos, princeps, vitis, Sanctus, filius hominis, ostium, &c. de quibus consulatur Interpretes. Claud. de laude Christi.

Proles vera Dei, cuiusque antiquior annis. Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor. Ante tuæ matrisque parens: quem mihi ab astris Equævus genitor, verbigue in semina solum Virgineos habitare sinus, & corporis archi Jussit inire vias, parvaque in sede morari. Quem sedes non ulla capit, qui lumine primo Vidisti, quidquid mundo nascente creatas Ipse opifex, opus ipse sui dignatus iniquas Etatis sentire vires, & corporis hujus Dissimiles perferre modos, hominemque subire, Ut possis monstrare Deum, ne lubricus error, Et decepta diâ variis solertia mundi, Peccare tam multis spernent mortalita sæclis. Auctorem nescire suum.

Idem de Christo Salvatore. Christe potens verum redeuntis conditor ævi. Vox summi, sensusque Dei, quem fudit ob alta Mente Pater, tanisque dedit consortia regni. Impia tu nostræ domuisti crimina vitæ, Passus corporea mundum vestire figura. Affarique palam populos, hominemque fateri.

Gregor. Episcop. Nissen. ita scribit: Descendit non nudum verbum, sed caro factum: non Dei forma, sed forma servi. Is est ergo, qui dixit, se non posse ex se aliquid facere. Non posse enim est imbecillitatis. Sicut enim luci tenebræ, & mors vita: ita potentia ut contraria imbecillitas opponitur. Atqui Christus est Dei potentia. Non est ergo omnino imbecilla, & impotens potentia. Si enim imbecilla est potentia, quid est potens. Quando ergo verbum pronunciat, quod non potest facere, clarum est, quod non unigeniti divinitati potentiam tribuit, sed nostræ imbecillitatis impotentiam suo testimo- nio comprobat. Est enim caro infirma, sicut scriptum est: Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Serm. de Abrah. Meminit Theod. Dialog.

CHRISTI MIRACULA.

Angelus alloquitur Mariam, quo præstia verbo Concipiat salva virginitate Deum. Dant tibi Chaldei prænumtia munera reges, Myrram homo, rex aurum, suscipe ibura Deus. Permutat lymphas in vina liquentia Christus: Quo primum factò se probas esse Deum. Quinque explent panes, pisces duo, millia quinque, Et Deus ex parvo plus superesse jubet. Editus ex utero cæcus nova lumina sensit, Et stupet ignotum se meruisse diem. Lazarus è tumulo, Christo inclamante, resurgit, Et duræ mortis lex resoluta perit. Nutantem quatit unda Petrum, qui Christus in alto, Et dextra gressus firmat, & ore fidem. Exsanguis Christi contingit femina vestem. Stat cruor in venis: sit medicina fides. Jussus post multos graditur paralyticus annos, Mirandum, lecti portitor ipse sui.

* CHRISTI DIVINITAS.

Admiranda Christi Domini miracula, & opera apud Evan- gelistas expressa certissimam humanitatis, ac divinitatis ejus faciunt fidem.

Quod exers feminis conceptus, & spatio novem men- sium in utero matris gestatus, tandem de virgine fit natus. Luc. cap. 1. & 2.

Ad nativitatem ejus auditi cœlestis, & angelicæ militiæ gloriam canentis magnifici hymni pastorum item, & Magorum adoratio. Luc. c. 2. Matth. 2.

Circa baptismum ejus eximia Joannis testificatio: eaque longè sublimior, quæ cœlis apertis prorupit, paterna vox, & qui inde in columbæ specie super ipsum descendit Spiritus, &c. Matth. 3.

Quando in nuptiis aquam in vinum solo verbo mutavit. Membra, quæ longiore temporis spatio soluta fuerant, ad suum officium redacta: & similia. Joan. 2. &c. Vide pau- lè ante Christi miracula.

EXEMPLA, ET TESTIMONIA HISTORICA.

A Refert Nicephorus, Amphilochoium, Iconii Episcopum, senem, & venerandum, atque in rebus divinis acrimie prædum, Theodosium Magnum Imper. adisse, eique ut Ariariorum conventus ab urbis semove fupplicat. Imperator autem petitionem eam, quod durior, inhumaniorque esse videretur, non comprobavit, ac sapiens ille senex tum quidem tacitus abiit, & consilio deinde sapientiore facinus dignum memoria fecit: cum namque rursus cum reliquis Episcopis in aulam venisset, & Imperatorem, ita ut decet, atque ut alii Episcopi fecerant, pie, & suaviter admodum consulasset, filium ipsius Arcadium, qui nuper ad Imperium electus fuerat, non eadem illi imperita reverentia observantia inhonoratum reliquit. Verum ad eum accedens, & veluti cum puero colloquens, manumque eum demulcens: Salve, & tu, o puer, inquit. Imperator, quod senem Amphilochoium rudiori animo esse, & rusticus agere existimaret, quomodo filium salutare deberet, docuit. Atqui Amphilochoius sufficiens illi honorem talem dixit. Imperator autem ira percitus, & veluti filium iniuria affectus esset, graviter commotus cum conventu Episcoporum adduci iussit. Ille porro, quamvis protruderetur, tamen conversus paululum, consiliumque in animo occultatum profertur. Videte, inquit, o Imperator, quam tu proccariter, filio illam contumeliam non fers, sed amarulenter propter submissiorem compellationem in nos exardescis? Sic felicitate existimare te oportuit, succensere etiam celestem Imperatorem, & Patrem unigeniti propter eos, qui non communem illi tribuunt honorem, sed dissimilem, & longe minore Patre vocare audent. Imperator cum inde rem ad am intelligeret, & verba ea admiraretur, quamprimum ad se sacerdotem Deiacceffiv, & ad pedes eius provolvens, veniam ab eo petiit: neque aliter quam ipsi dixisset se rem habere professus est: atque in ea sententia confirmatus, postea eos, qualiter, quam Nicæa statutum fuerat, opinarentur, averfatus est. Contentiones in foro, & inanes conventus inhibuit, disputationibus de Deo, & natura eius finem omnino imposuit, & constitutione publica propofita, periculum qui ei non parerent, denunciavit, poenamque ei quoque, qui contra venire ausus esset, comminatus. Ita factum ut Arianis, & Eunomianis pulsatis, rē quævis substantialis fidei professores Ecclesiam moderarentur. *Nicephor. Callist. l. i. b. 1. cap. 8. Sozom. l. 7. cap. 6. Theod. lib. 5. cap. 16. Trip. cap. 35.*

Contigit quondam, contentiōnem super cultura Deorum fieri in quodam convivio, Haraldo Rege Danorum præfente, Danis affirmantibus Christum quidem esse Deum, sed alios fore eo majores Deos, quippe qui potiora mortalibus signa, & prædicia per se ostenderent. Contra hæc clericus quidam, nunc verò religiofam vitam ducens, Episcopus nomine Poppo, unum verum Deum patrem cum filio unigenito Domino nostro Jesu Christo, & Spiritu sancto, simulacra verò demonia esse, testatus est: Haraldus autem Rex, qui velox traditur velle respondit: Rex verò custodiri clericum usque in crastinum jubet. Manè autem factò, ingentis ponderis ferrum igne succendi jubet, clericumque ob fidem Catholicam candens ferrum portare iussit. Confessor Christi indubitanter ferrum capit, tamdiuque portat, quo ipse Rex decemit. Manum incolumentem cunctis ostendit: fidem Catholicam omnibus placabilem reddit. Ad hæc Rex conversus Christum Deum solum colendum decemit: idola respuenda subiectis genibus imperat, Dei sacerdotibus, & ministris honorem debitum deinde præstitit. *Ex VVithindo lib. 3. Baron. tom. 10. Annal. ann. 949.*

JULIANUS Imper. vario modo Christianos affigere satagens superstitionem suam manifestat: cum enim sacrificiis delectaretur, non solum ipse sanguine gaudebat, sed & detrimentum suum esse putabat, nisi idem facerent & alii. Quoniam verò paucos tales reperit, Judæos accessit, & percontatur, quam ratione sacrificiis abstinent, cum lex Moyfi sacrificare jubet. Illis respondentibus, non posse se id alio facere loco, quam Hierosolymis tantum, conestum templum illud Salomonis restaurari jubet, & ipse interim ad versus bellum movet. Juliam autem, qui jam olim opportunitatem dari optaverant, qua templum ipsi ad sacrificandum restauraretur, fœduli redduntur ad perficiendum hoc opus; ac contra Christianos formidabiles sese ostendunt, fiunt; adversum eos in-

solentes, ac tanta se illis mala illaturus minantur, quanta ipsi olim à Romanis essent perpeffi. Itaque quoniam Imperator de publico sumptus operis hujus præfari iusserat, parantur omnia ligna, lapides, lateres cocti, argilla, calx, & quæcunque alia ad ædificandum necessaria. Cùm temporis Cypri Hierosolymorum Episcopus memor vaticinii Danielis Prophetæ, quod & Christus in sanctis Evangelii confirmavit, ac multis futurum prædixit, ut in eo templo lapis super lapidem non maneret. Hoc, inquit, Servatoris oraculum adimplebitur. Cùm hoc dixisset Episcopus, noctu terra motus magnus factus lapides fundamentales veteris templi struere evulsit, ac cunctos unà cum contiguis ædificiis dispersit. Timor autem ex hoc factò Judæos invasit, & eos etiam, qui procul agebant rumor ad visendum hunc locum impulit. Cùm itaque admodum multi adessent, aliud portentum accidit. Ignis enim cœlestis delapsus cuncta instrumenta consumpsit. Licebat videre malleos, instrumenta, quibus poliuntur lapides, ferras, secures, acia, & in summa quæcunque ad struendum necessaria habuerant operarii, à flamma consumi. Despectebatur ista ignis toto die. Judæi verò maximo timore correpti, etiam inviti Christum Deum fatebantur: voluntatem tamen illam non faciebant, sed in opinione Judaismi obfirmati perdurabant. Neque enim eos vel tertium miraculum postremò factum ad fidem veritatis perduxit. Sequenti quippe nocte signa crucis instar radii solaris splendens vestibus illorum impressa comparuerunt, quæ orto die videntes abluere, & abstergere volebant, nec tamen ullo pacto poterant. Excæcati sunt igitur secundum Apostolum, & bonum, quod in manibus habebant, projecerunt. *Socr. lib. 3. b. 1. cap. 10.*

Cùm Patres sacrosanctæ Synodi Nicææ (qui omnes simul erant trecenti, decem, & octo) sanctos canones suos, & fidem Catholicam in suo fynodo, (in quo Patri Filius consubstantialis definitur) suo Chirographo muniri essent, duo sancti Episcopi, ait Gregorius presbyter Casariensis oratione de ea Synodo, Chrystantius, & Mufonius, cum nondum decisioni suæ adscriptis subscriptiones, divina providentia ab humanis adscriptis subscriptionibus, divina providentia ad commune locum, in quo dormiebant, cùmque simul cum eis essent, & quæ dicebantur, audirent: O Patres, dixerunt, & fratres, præclarum certamen nobiscum decerta- tis, cursum præfistis, fidem servastis. Si ergo, quod factum est, Deo gratum iudicatis (nunc enim purius cernitis) G ne quid sit impedimento, quo minus vos quoque decisionem subscribetis. Hæc simul & dixerunt, & signata decisionem sanctorum Patrum loco imposta, totam illam noctem insomnem peragunt in oratione. Die autem sequenti cum venissent ad loculum, solutus, quæ erant imposta, signaculis, cum sanctam revolvissent decisionem, invenerunt sanctorum Patrum ad eos adiectas subscriptiones, adeo ut citrà dubitationem unusquisque etiam ex eis, qui erant extrinsecus, fate- retur: sanctum illum sanctorum Patrum chorum consistere præsentia, & ope sanctissime Trinitatis, eamque suam ostendere defensionem iis, qui digni habentur, ut videant. His addit Micephorus corundem subscriptionem in hæc verba, Chrystantius, & Mufonius, qui cum Patribus omnibus in S. prima Synodo Oecumenica (quæ definivit Filium Patri consubstantialem) consensus, quamvis corpore transiit, manum tamen propria nos quoque libello subscripsimus. *Niceph. l. 8. c. 23. Bar. tom. 3.*

Cùm Eutychetis, & Dioscori sedatores, qui in urbe Constantinopolitana verfabantur, decreta Concilii Chalcedonenfis subfannarent, ejusque auctoritatem non veritate, sed potentia Imperatoris niti decerent, & pravitate sententia suæ stabilire conarentur: Anatolius Patriarcha, & suffragato- ribus suis, & adversariis convocatis, ad hos ita loquitur: Quoniam sententiam vestram adhuc mordicus tenetis, neque vos perperam sentite creditis, sed nos inculcatis, quasi Nesto- ri dogma approbemus, cum duas naturas in Salvatore prædicemus, utraque citrà confusionem proprietatem suam retinente: istius controversiæ dubitatio, si placet, Deo permit- tatur. Scribatur igitur vestra de fide sententia in uno libello, & nostra in altero: atque ambo in loculo gloriofæ Martyris Euphemie collocentur, & hujus iudicium esto, utri rectè, an perperam sentiant. Hæc cum Hæreticis etiam placuissent; libelli scripti, remoto lapide, qui loculum claudere, pectori Martyris apponuntur, & lapis in suum locum repositus ab utraque parte signatur. Dehinc supplicationes fiunt, & preces ad Deum pervigiles, ut demonstret, utra sententia ei cordi sit, & quæ reicienda videatur. Post triduum conveniunt, Impe-

CHRISTI NATIVITAS. DE SIGNIS, QUÆ PRÆCESSERUNT PRIMUM CHRISTI DOMINI ADVENTUM.

Oraculum Delphicum mutum redditum.

Cæsar Augustus quamplurimis prælarè, feliciterque gestis rebus clarus, primisque ipse Monarcha reneratus a profectore in ætate ad oraculum Pythii Apollinis venit, & sacrificio omnium maximo, quod Hecatombe dicitur, demoni oblato, quæsit, quoniam post cum Romanum administraturus esset imperium? At cum nullum eaderet responsum, alterum quoque adiecit sacrificium, denoquo rogavit: Quid ita oraculum pluribus verbis uti solitum, nunc tandem obdiciisset: Tum illud parva interposita mora ad hunc modum respondit:

Mæ puer Hebræus, divos Deus ipse gubernans, Cedere sede jubet, tristisque redire sub arcum: Aris ergo debinc tacitus abscedito nostris.

Tali responso accepto, Cæsar Romam est reversus, atque ibi in Capitolio aram maximam extruxit, cum ejusmodi Latina F inscriptione: Ara primogeniti Dei. *Niceph. Call. l. 1. b. 1. cap. 17. Bar. in appar. tom. 1. 52.*

Circulus solem abire visus.

Cùm primum Augustus Imper. Cajo Cæsare avunculo suo interfecto, ex Apollonia rediens urbem ingrederetur, hora circiter tertia, repentè liquido, ac puro sereno circulus ad speciem ecclesiæ arcus orbem solis ambiit, quasi unum eum, ac potissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in Orbe monstraret, cujus tempore venturus esset, qui ipsium solem solus mundumque totum, & fecisset, & regeret. *P. Oros. l. 6. c. 28. Suet. in Oth. c. 91. Bar. in t. 1. ap. Oros. l. 6. c. 28. Suet. in Oth. c. 91. Bar. in t. 1. ap.*

Oleum tabernaculorum tempore Nativitatis effluxit.

Anno 3. imperii Augusti Cæsaris Romæ taberna meritoria trans Tyberim oleum e terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione. Quo signo, inquit Orosius, quid evidentiis, quam in diebus Cæsaris in toto orbe regnatis futura Christi nativitas declarata est: Christus enim unctus interpretatur. Itaque cum eo tempore, quo Cæsari perpetua Tribunitia potestas decreta est, Romæ fons olei per totam diem defluxit: sub principatu Cæsaris Romanoque imperio per totum diem, hoc est per omne Romanum tempus imperii, Christum, & ex eo Christianos, id est, unctum, & ex eo unctos, de meritoria taberna, hoc est, de hospitali, largaque Ecclesiæ affluenter, atque incessabiliter processuros, &c. *Euseb. in Chron. Oros. l. 6. c. 20. Bar. in t. 1. in app. n. 28.*

Pacis templum collapsum, & reconstitutum.

Templum Romæ, quod vocabatur æternum, corruit omnibus impensis, & urbis, & Orbis consummatum. Cùm enim Romanæ in victoriosæ antiquitatis memoriam templum singulari schemate facere decrevisset, ab omni illa Deorum, immò demoniorum multitudine quæsierunt, usquequò durare posset tam excellentis operis operosa constructio: Responsum est: Donec virgo pareret, & ex ea unctus, de meritoria oraculum retorquentes, Templum æternum solemnem illam machinam vocarunt. Nocte autem ista, cum de virginali thalamo virgineus flos Mariæ egressus est, ita cecidit, & constructum est illud murale, & columnatum opus, ut vix apparent vestigia ruinarum. *Alof. Lypom. tom. 8.*

LOCUS NATIVITATIS CHRISTI DOMINI.

Erat Bethleem supra collem in longum porrectum sita, in H eurus extremitate, Orientem versus sub rupe quadam existente tunc temporis juxta muros civitatis, erat stabulum, ac præsepè Domini exitum in rupe, ubi natus est Christus. At verò quia loca illa ignorarunt, nihil de spelunca dixerunt, quod putarent in alicujus rusticæ domuncule stabulo Christum natum. Nullum arcta domus diversorium occultabat, inquit, Cyprianus, nec secreti recessus erant illius casule; in crusturam, tectum & folii parietes per circuitum vestibant. *Burch. in deser. Terra sanctæ, par. 1. c. 7. 8. 19. Cyp. de oper. Gardin. in nat. Cbr. Alban. ser. de nat. Domini.*

DE ISTIUS LOCI VENERATIONE.

Non est hoc loco prætermittendum, quod tunc etiam in eodem puerperio accidisse fertur miraculum nimirum, quòd in eadem spelunca, ad ea, quæ usus quotidianus exposcebat, è petra fluxit aqua, quæ nunquam potuit exhauriri, sed mansit

Imperatore etiam præfente. Aperto loco (ò rem mirabilem) libellus Hæreticorum ad pedes Martyris inventus; alter in manu ejus dextra, quem extendisse fertur ad Imperatorem, & Patriarcham, ac libellum eis portexisse. Itaque rectè sententia assertores plaudere, adversarii verò demissis vultibus, & præ pudore caligantibus abire, quidam etiam veram sententiam amplecti. *Jo. Zonar. tom. 3. Annal. Evag. lib. 2. c. 3. Mennum Græcorum ex Metaphr. 11. Jul. Niceph. l. 15. c. 5.*

Anno Dominicæ Incarnationis sexcentesimo quinto Constantinus filius Constantini superioris Augusti regnavit annos septendecim. Dominus Papa Apostolicam Sedem tenet: quo defuncto Agatho Papa ordinatur. Constantinus Augustus centum quinquaginta Episcopos in urbe regia congregari fecit, inter quos etiam fuerunt Legati S. Romanæ Ecclesiæ missi ab Agathone Papa, Joannes Diaconus, Joannes Portuensis Episcopus, qui omnes eandem hæresim damnarunt, quæ unam operationem, & voluntatem in Domino Jesu Christo asseverabat. Ea hora tanta arancarum telæ in medio populi ceciderunt ut omnes mirarentur, & per hoc significatum est, quod fordes hæreticæ pravitate depulsa essent. Et Georgius quidem Patriarcha Constantinopolitanus correctus est, cæteri verò in sua errore perseverantes anathematis sunt ultionis percussit. Recta autem fides, & veritas hæc est, ut in Domino nostro Jesu Christo sicut duæ sunt nature, hoc est, Dei, & hominis; sic etiam duæ credantur esse voluntates, & operationes. *Chron. Rhegin. l. 1. ad ann. 605. Carol. Sigon. l. 2. de Regno Italiae 681. 5.*

CONSTANTINUS Imp. à Paulo Constantinopolitano deceptus exposuit typum contra fidem Catholicam, peccatam, nec duas voluntates, aut operationes in Christo definiens esse consentiendas, quasi nihil velle, vel operari credendum sit Christus. Ob hoc Martinus Papa congregata Romæ centum quinque Episcoporum Synodo, excommunicavit Episcopos Cyrum, Sergium, Pyrum, Paulum quoque præsentis persecutionis incensorem, occulta infestatione Ecclesiam divexantem. *Segeb. ad annum 631.*

* CHRISTI INCARNATIO. EJUS PROFUNDITAS.

Christi Incarnatio, Græcè Χρηστί σαρκωσις, est principium omnium meritorum humanorum. *Ex D. Thom. 3. Sent. d. 4. q. 3. art. 1.*

O Judææ cithararum respice, ut musicum melos sonis dulcibus reddat. Tria pariter adesse videntur, ars, manus, chorda, & tamen fonus auditur. Ars dicitur, manus tangit, chorda resonat. Tria pariter operantur, sed sola chorda resonat: nec ars, nec manus sonum reddunt, sed cum chorda pariter operantur. Sic nec Pater, nec Spiritus S. susceperunt carnem; & tamen cum filio pariter operantur: sonum sola chorda excutit; carnem solum Christus accepit: operatio in tribus constat. Sed quomodo pertinet ad solam chordam soni redditio: sic pertinet ad solum Christum carnis humana susceptio. Dicat mihi Judæus incredulus, quemadmodum arida virga frondit, & floruit, & nucis protulit, & ego dicam illi quomodo virgo concepit, & peperit. Sed profecto Judæus, nec virgo poterit explicare conceptum, nec ego virginis partum. *Aug. de incarn. Dom. contra Jud.*

Tria opera, tres mistas fecit omnipotens illa majestas in assumptione nostræ carnis: ita mirabiliter singularia, & singulariter mirabilia, ut utilia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terram. Conjuncta quippe sunt ad invicem **D** Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Verbum, enim anima, & caro in unam convenere personam, & hæc tria unum, & hoc unum tria sunt: nec in confusione substantiæ, sed in unitate personæ. Hæc est prima, & super-excellens mistura. Secunda est virgo, & mater, utique admirabilis, & singularis: à sæculo non est auditum, quod virgo esset, quæ peperit, & mater esset, quæ virgo permanfit. Tertia est fides, & cor humanum, & hæc quidem interior, sed non minus fortitan fortis. Mirum enim quomodo cor humanum his duobus solum accommodavit; quomodo credi potuit, quòd Deus homo esset, quòd virgo manserit, quæ peperisset. Sicut ferrum, & tetta ungi non possunt, sic hæc duo nequeunt commisceri, si non misceat glutinum, spiritus scilicet Dei. Et hæc quidem mistura excellens, secunda excellentior, sed tertia excellentissima. *Bern. ferm. 3. in vigilia Nativit.*

manit diutius divinis virtutis egregium monumentum: siquidem adhuc Beda temporibus vigeat cunctis perspicuum tantae rei prodigium: quod ipse a teste, qui hac viderat, sanctissimo Episcopo acceptum his verbis scriptis mandavit: Hac spelunca toto interius speciosa marmore tecta, supra ipsum locum ubi Dominus natus specialiter traditur, sanctae Mariae gaudem gestat Ecclesiam. Petra juxta murum cavata, & primus Dominici corporis lavacrum de maro missum suscipiens haec natus servat: qua si qua forte occasione, vel industria fuerit exhausta, nihilominus continuo dum recipit, sicut ante fuerat, plena redundat. Haec ille: Vix autem credi potest, in quanta veneratione, & cultu Christiani semper habuerint locum illum, ut quantumbet Hadrianus Imp. ad abolendam tantae rei memoriam, ut scribit Paulinus, Veneris, & Adonidis templum desuper erexisset, nihilominus percelebris etiam apud Gentiles essent tanti loci memoria. Sed reddita pace Ecclesiae spelunca illa mirifico est opere exornata, ipsumque praesephe honoris causa tectum argento. O si mihi videre liceret illud praesephe, in quo Dominus jacuit, &c. ait *D. Cbrist. c. 2. in Lucam. Beda de locis sanctis c. 8.*

FUTURA SIMULACRORUM IN AEGYPTO
Evertio.

Cum Hieremias Propheta una cum Judaeis in Aegyptios aliquando exularet, Sacerdotibus eorum praedixit demolitionem simulacrorum, quae manu facta ipsi tam vanè colerent, in hac verba, oportere olim cuncta eorum simulachra concidere, simulque manu omnia facta praecipitari, ubi Aegyptum ascendet cum suo infante virgo enixa, Deo similis. Huic vaticinio tantum Aegyptii tribuerunt, ut solennem induerint morem, Virginem quandam in lecto, & infantem in praesepio passim collocandi, simulque adorandi. Rogati a rege quodam postea, quid sibi vellet hircitus, quo Virginem, & infantem publice proponerent, atque venerarentur: hoc esse mysterium respondunt, quod majores ipsorum a sancto Propheta traditum pampredem accepissent. *S. Epiph. in vita Hierem. Prophet. a prop. finem operum.*

CHRISTI DOMINI NATIVITAS
Gemilibus Revelata.

Invenitur, inquit D. Thomas, in Historiis Romanorum, quod tempore Constantini Augusti, & Helenae matris ejus inventum fuit quoddam sepulchrum, in quo jacbat homo auream laminam habens in pectore, in qua scriptum erat, Christus natus ex Virgine, & ego credo in eum. O sol sub Helenae, & Constantini temporibus iterum me videbis! Quisquis autem ita sensit, & scripsit, licet inter medios ethnicos viveret, tamen certa Dei revelatione non caruit, veramque fidei suae confessionem edidit, spiritu etiam prophetiae donatus. *D. Thom. 2. 2. q. 3. a. 7. ad 3.*

HORA NATIVITATIS DOMINI NOSTRI
D. Bernardo Revelata.

Cum D. Bern. primus Claravallis Abbas adhuc puerulus gravi capitis dolore vexaretur, decidit in lectum. Adducta autem ad eum est muliercula quasi dolorem mitigatura carnibus. Quam cum ille appropinquantem sentiret cum carnalibus instrumentis, quibus hominibus de vulgo illudere consueverat, cum indignatione magna exclamans a se repulit, & abiecit. Nec desuiti misericordia divina bono zelo sancti pueri, sed continuo sensit virtutem: & in ipso impetu spiritus surgens ab omni dolore liberatum se esse cognovit. Ex quo cum non parum in fide proficeret, adiecit ei Dominus apparere, sicut olim puerum Samuelli in Sylo, & manifestare gloriam suam. Aderat namque solemnis illa nox Nativitatis Dominicae, & ad solemnes vigilias omnes, ut moris est, parabantur: quodque celebrandi nocturni officii hora aliquatim perproletaretur, contigit sedentem, expectantemque Bernardum cum ceteris inclinato capite paululum soporari. Affuit illico puero suo re velans pueri Jesu sancta Nativitas, tenere fidei fugerent incrementa, & divina in eo inchoans mysteria contemplationis. Apparuit enim ei velut denuo procedens sponsum esse thalamo suo. Apparuit ei quasi iterum ante oculos suos nascens, ex utero matris virginis verbum infans, speciosus forma praefiliis hominum, & pueruli sancti in se rapens minimè jam pueriles affectus. Persuasum autem est animo ejus, & nunc usque fatetur, quod eam credat horam fuisse Dominicae Nativitatis. Sed & facile est advertere iis, qui eus auditorium frequentarunt, in quanta benedictione ea hora praevenerit eum Dominus, cum usque hodie in iis, quae ad illud pertinent sacramentum, & sensus ei profundior, & sermo

copiosior suppetere videatur. Unde & postmodum in laudem ejusdem Genetricis, & Geniti, & sanctae ejus Nativitatis insignia edidit opusculum inter initia suorum operum, seu tractatum sumpta materia ex eo Evangelii loco, ubi legitur: Missus est Gabriel Angelus ad Deo in civitatem Galilaeae, &c. *Guilielmus Abbas in vita lib. 1. c. 1.*

NATIVITATIS CHRISTI MEDITATIO.

De B. Margarita, cui cognomen est à Castello Italiae urbe, ubi nata, atque sepulta fuit, hoc inter miranda virtutum ejus insignia memoratur, quod frequentissime in Nativitatis Domini nostri mysterii contemplatione versaretur, maximeque in eo deliciis frueretur. Cum verò post mortem intestina ab ejus corpore extraherentur (quo cadaver aromatibus conditum propter fidelium devotionem incorruptum adservaretur) ubi cor ejus ab ea qua pendebat intestinorum parte abscissum fuit, unio quadam insigni magnitudine, & pulchritudine non sine ingenti miraculo inde erupit: in qua velut in tabula quadam Dominicae Nativitatis imago sculpta erat, & eademque virgo genibus flexis ibidem ante Dominicum praesephe collocata. Qui quidem unio ad hunc usque diem in factorio domus B. Dominici (cujus illa tertium ordinem professae erat) servatur. Hoc enim insigni miraculo voluit Dominus, quem gratum sibi fuisse hujus virginis obsequium mortalibus cunctis testatum. *P. Joan. Bonif. l. 2. historiae Virgin. c. 1. Ludovic. Granat. conc. 3. de Nativit. Domini num. 3.*

*** CHRISTI CIRCUMCISIO,**
APPARITIO, PRÆSENTATIO.

Postquam impleti sunt dies octo à nativitate Christi, juxta veteris legis praecipitum, circumcisus fuit in ea ipsa spelunca, juxta Epiphanium, in qua erat natus: idque ut volunt plerique ministerio ipsius Virginis matris, quando etiam eidem inditum nomen illud augustissimum Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. *Luc. c. 2.*

De nomine Jesu excellentia vide in littera I.
Quinto deinde die, decimo, & tertio à Nativitate ejusdem Domini, primitivè Gentium Reges, quos Magos, id est, Astrologos vocat Matthaeus, à scientia Regibus in Oriente famulari, ductu superni luminis, ex Arabia juxta vaticinium Davidis, *Psal. 73.* magnis itineribus, subsidio dromedarii riorum, qui velocissimi sunt, venerunt: & nato

Regique, hominique, Deoque
Aurum, ibas, myrrham, mystica dona ferunt.

Pia fidelium, & vetus traditio est, Reges illi fuisse tres numero, & unum inter eos alius magis solum: eorum nomina, & vultum exprimit Beda: & dicit fuisse inter eos quemdam seniorem, & canum, barba prominente, vocatumque Melchiorem, & aurum protulisse: alterum Gasparem imberbem, rubicundum, thus dedisse. Balthasarem fuscum, integre barbaturum, per myrrham Christi mortalitatem profectum esse. Dicuntur autem illi à S. Thoma baptizati, & Episcopi in Oriente fuisse, Ita *S. Cbristoff. in oper. imp. in Matth. live alius illius operis auctor.*

Ceterum impletis diebus purgationis Mariae fecundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Hierusalem ut scirent eum Domino, & darent pro eo hostiam par turturum, aut duos pullos columbarum. *Luc. 2.*

*** CHRISTI BAPTISMUS.**

Postquam Christus annos triginta ingressus esset, venit ad Joannem Baptistam, ut ab eo in Jordane baptizaretur, atque illius fluente lacravat, & vim regenerandi aquis tribuit: quod quo die factum fuerit, incertum apud Auctores: alii volunt id eventisse anno recurrente, quo die Magi venerunt in Bethlehem, & vinum ex aqua factum est in Cana Galilaeae: alii verò eodem nuptiarum, & primi miraculi die: alii denique omnia haec eventisse die Dominico, non eodem, sed diverso. Videtur *Bayon. annal. Tom. 1. ad an. 31.* Baptistam historiam describit Evangelista *Matth. c. 2.*

Tunc Venit Jesus Galilaea in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo: Joannes autem prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ei: Sine modo, sic nos decet implere omnem justitiam Baptistae autem Jesus confessum ascendit de aqua, Et ecce caeli aperti sunt ei, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce

Et ecce vox de caelis dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Existimat Origenes, Hieronymus, & alii, Christum baptizatum mense Januarii die sexta, ut ex communi traditione refert *Euseb. ad Marimum.*

Locus fluminis fuit usque ad tempora Bedae notatus Crucis lignae, & in ripa adificata fuit Ecclesia quadrata, quae olim magna populi devotione visitabatur. *Beda de locis sanctis cap. 13.*

Memorat *Greg. Turon. de glor. martyrr. c. 15.* Ipsum eundem locum mansisse conspicuum miraculis. In uno enim fluminis reflexu, aqua revolvitur, in qua leprosi, dum abluti fuerint, mundantur, & ab omni infirmitate curantur.

*** PRÆDICATIO.**

Christus baptizatus statim à Spiritu (quem sanctum interpretatur Doctores) in desertum ductus est, ut tentaretur à diabolo, consummatique ibidem xl. diebus, & esuriit, ut narrat *Matth. c. 4.* Et paulo post Joannes Baptista insignem illum de Christo confessionem fecit coram legatis missis à

Judaeis, ut interrogaret, an ipse esset Christus. De qua habet *Joan. c. 1.* Neque ea confessionem contentus Joannes, eam remansit coram suis discipulis, & illum verè esse Messiam demonstravit, & paulo post Angelus Dei designavit: quod audientes discipuli sequuti sunt Jesum, & erant inter eos Andreas frater Simonis Petri, qui fratrem suum ad illum etiam dixit, dicens: Invenimus Messiam, &c. Posthac promissit Christus Petro dignitatem futuri primatus in Ecclesia, dicens Tu vocaberis Cephas, &c. Et deinde vocavit Philippum, & per hunc Nathanael, ut sciret, & *Joan. c. 1.*

Exhinc cepit palam praedicare, & evangelizare, idque tantquam poteitatem habens, multis in eum credentibus, eo quod viderent opera, quae faciebat. Unde facta de funiculis flagello eiecit ementes, & vendentes è templo, ceptisque facere, & docere: perambulans varias regiones, & civitates, & sermone suum operum miraculis manifestans, seque aeterni Patris filium in mundum missum confirmans.

Prædicavit autem Christus palam, &c. annis penè tribus: quos auspiciat ordinari Auctores à Paschate anni ætatis ejusdem trigesimali: & extendunt ad Pascha anni ætatis trigesimali tertium.

*** CHRISTI TEMPERAMENTUM,**
STATURA, ET FORMA IN HAC
VITA MORTALI.

Corporis Christi temperamentum fuit praestantissimum, & omnino conveniens illius fabricae, & constructioni. Non tamen semper erat idem profusus, omnisque mutationis expertus sed ut nostrum, cum ætatis varietate varietatem etiam subibat: sic tamen ut debitam ætati convenientiam obtineret. Quare si Christus mortalem vitam continuasset, deficiente pulsatim nativo calore, tandem in senium, & naturalem mortem incurritisset.

Fuit interim tale, tamque exactum temperamentum corporis Christi, ut vi propria incusui casuram externarum, quae morbos invehant, resistere poterit, & incolmum perpetuo servare. Neque enim conveniens erat defectum illum à Christo assumi, cum divinam personam non deceret, & nobis utilis minimè existisset. Verum cum illius qualitates fuerint ejusdem rationis cum nostris, poterunt à causis externis, præsertim vehementibus, ad ægritudinem flecti.

Staturam in Christo mediocrem fuisse tradunt, ad palmos septem, utque habet Nicephorus, extensam, quorum singuli continent pollices 12. ut placet Hieronymo in *c. 40. Ezechiel,* & Daniel. Barbat. *super Virginitum l. 3. cap. 1.* sic ut efficiant octo palmos mensuram nostram vulgaris. Atque hanc fuisse illius staturam colligitur ex S. Sudario Vestimento, in quo illius effigies vera exprimitur. Etique talis statura homini admodum conveniens.

Jacobus Chiffletius oculus testis scribit, se reperisse in Sudario Vestimento, Christi staturam extendi ad sex pedes Geometricis tribus digitis minus computato pede Mathematico ad 12. digitos: quom etiam mensuram exprimeret austeri Sudarium Taurinense. In *Cbristi biogr. de lint. sepulch. Christi cap. 30.*

Præter staturam autem testatur ibidem, exprimi in præfatis Sindonio externam Christi speciem, & corporis totius conformationem. Latitudo humerorum unius pedis, duorum

& medii digitorum: caesaries prolixior, leniter ad cristas declinans, & more Nazæarum discriminata, barba mediocriter promissa, & in medio bifurcata: frons plana, & serena, nalis leni, & medico tractu diffusus, brachia, & crura recta. Quae non aliena ab his, quae de Christi specie scriptis *Lentul. Romanus apud Euthrop. in Annal.* Uti neque ab illis, quae statim ex Nicephoro subiiciemus.

Pulchritudo in Christo fuit excellens, cum in eo esset summa membrorum harmonia, & temperamentum egregium, à quo coloris gratia plerumque promanet: nec ullius morbi viturpatum, aut imminutum. Unde David cum dicit Speciosum forma præ filiis hominum: quod à S. Augustino, Cassiodoro, & Chrysostomo, de corporali pulchritudine explicatur. Est enim species corporis simulachrum mentis, & figura quaedam probitatis, ut inquit Ficinus *Niceph. l. 1. bist. c. ult.* dicit, Christum fuisse vivido, & insigni vultu: caesarie subflava, & leniter densa, ad crispum declinante, nigris superciliis, & inflexis oculis subflavescens, & acris, nato etiam oblongiore. Barbam habebat capillio flavam, nec admodum demissam: addunt alii, bifurcatam. Capitis capillos tulit prolixiores. Facies referebat tritici colorem modicè rubicundum, gravitatem cum prudentia conjunctam, & iracundiae expertem vultum se praeferebat. *Hæc Nicephorus.*

*** CHRISTI CRUX, ET PASSIO.**

Christi passio, Græcè *χρῆστί πάσχω*: & *πάσχω*, patior dicitur. In Christi passione quatuor cogitanda sunt: scilicet dilectio ejus, reamando: amaritudo ejus, compatiendo: fortitudo ejus, adversa patienter sustinendo: & utilitas ejus, gratias agendo. *Ex B. Thom. in Opusculo de Venerabili Sacramento altaris.*

Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus ejus, & despectus: unde nec reputavimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos reputavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, & livore ejus sanatus sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit: & non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. *Isa. 53. de morte voluntaria.*

DE IIS, QUAE CONTIGERUNT CIRCA
DOMINI NOSTRI JESU
Christi Passionem.

Et quomodo Damon suam perniciem praesentebat.

Cum Christus Dominus emitteret spiritum, ecce velum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum, & terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta, aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam Civitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, & quicum coerant, custodientes Jesum, viso terrae motu, & his, quae fiebant, timuerunt valde dicentes: Hic verè filius Dei erat iste. De Eclipse, qui tunc accidit. *¶ Vide Eclipse.*

Cum Christus Dominus innocentiae causa candidatus ab Herode ad Pilatum missus esset, ipse Pilatus, convocatis Principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, palam profitebatur, neque se, neque Herodem causam illam mortis dignam in eo invenisse. Et quia in ea solemnitate vinculus unus mortis reus ex consuetudine dimittendus erat, Pilatus, ut ea occasione sibi liberum esset Christum dimittere, Barabbam, hominem seditiosum, insignem latronem, & homicidam, ac Jesum innocentem, in optionem populo dedit, cui optandi vis competeat, ut utrum vellent, ex his duobus eligeret. Sed suadentibus Principibus sacerdotum, conclamantes simul, & Barabbam liberari, Christum verò crucifigi petierunt. Interea Pilato sedente pro tribunali, misit ad eum uxor, dicens: Nihil tibi, & iusto illi: multa enim passa sum hodie pro visum propter eum. Hujus rei causam dat Ignatius, *E. p. ad Poly-*

Polycarpum. Cum, inquit, paranda esset crux, diabolus A tumultuabatur, & poenitentiam inmisit proditori, & laqueum illi monstravit, & suspensum, quo strangularetur, edocuit, & mulierculam turbans eandem in formis, ut a crucifigendo cessarent, inducere moliebatur, qui prius omnem lapidem moverat, ut eadem crux pararetur, non quod poenitentiam duceret ob tantum malum, hac enim parte minus fuisset sceleratus, sed sentiebat suam ipsius perniciem. Baron. tom. 1. Annal. Ex. c. 27. Matth. 21.

PASSIO CHRISTI RECOLEND. Eiusque Fructus.

EXEMPLA HISTORICA.

Recolimus modò illud, quod in omni pressura, & afflictione securitatis portum prebet, Passionem Christi, quam ultrò pro nobis subit, ut ex filiis iræ nos sua gloria redderet participes. Eleazar Comitis miram in omni adversitate patientiam mirata uxor, cum quaereret, quomodo toties offensus, nullum offensiois signum daret; hoc ab eo responsum B accepit: Noviter me sentire aliquando indignantis animi motiorem: sed illico ad cogitandam Christi passionem mentem verto, quæ sanè longè eam superat, quam hic sustinemus. Veram mentis tranquillitatem docebat, jugem Dominicæ passionis memoriam. Et ut dicit Greg. in Epist. Nihil adeò grave, quod non æquanimiter toleretur, si Christi passio ad mentem revocetur. Sur. in vita, tom. 5. c. 23.

Dum ad eundem diutius absenteret irrequieta quemdam è domesticis emitteret uxor, qui de rerum omnium, & salutis potissimum successu inquireret, responsum hoc dari, mandavit: Sanus corpore sum, & sopes. Si autem videre medeferas, quare in vulnere lateris Christi: illic habito: ibi me invenies, fruatur alibi quaesitura. Ibid. cap. 30. Beyer. in Apoph. Christi.

Quo autem corporis habitu passionis Dominicæ mysteria, & instrumenta pertractanda sint, docuit in Heracio Imp. Zachar. Episc. Hierosol. Herachus namque, dum Crucem, in qua Dominus suspensus, humeris ferret, utin monte Calvaria loco sibi proprio collocaret & in urbis Hierosolymitana portis, quasi fixus steter, & immotus, obitupuit. At Zacharias, Vide ait, o Imp. ne isto triumphali ornatu C in charias, Vide ait, o Imp. ne isto triumphali ornatu perperat, & humilitate decorus) parum Jesu Christi pauperem, & humilitatem in ferenda cruce imitere. Tum dimisso coculo, & plebeo assumpto, reliquum via perfecit. Ex Paul. Dial. 1. 18. Item ibid.

Merito hic etiam celebrandus Thomas Morus: qui, cum ad supplicii locum pergeret, & ad calicem Domini bibendum properaret, transiit mulier vinum obtulit: quod recusans, Christus, ait, in passione non vino, sed felle potatus est: ita pium, & jam jam hinc emigraturum spiritum, passionis Dominicæ meditatio percudit. Thom. Stapler. in Vita c. 20. Beyer. ibidem.

MEDITATIO PASSIONIS DEO GRATA.

Refert Ludolphus in Saxon. quendam Sanctissimæ vitæ Eremitam instantem Dominum orasse: ut sibi ostenderet, quid ipsi inter cætera servitia magis acceptaret, & vidisse hominem nudum frigore trepidantem, & crucem magnam super se baulantem, & sibi quis esset interroganti respondente: Jesus Christus ego sum: rogasti enim me, ut tibi ostenderem, quod inter cætera obsequia mihi magis complaceret: nunc dico tibi, quod hoc, scilicet, quod quis juvet me portare crucem meam, & vulnera, & passionem in corde suo: & hoc dicens, evanuit. Ludolphus in Saxon. de vita Christi cap. 58.

Tres senes ad Stephanum Abbatem accedentes loquebantur de salute anime: illo autem tacente, dixerunt, cur nihil respondes, cum utilitas gratia venerimus ad te? Respondens Stephanus, dixit: Ignoscite mihi, usque modò non animadvertis, quid locuti sitis, verumtamen quod habeo, hoc dico vobis. Ego die, nocteque nihil aliud aspicio, nisi Dominum nostrum Jesum Christum in ligno pendente. Quod cum audissent multum edificati recesserunt. Jo. Mosc. Evir. pra. Spirit. cap. 64.

Extat hic Cuiusdam Religiosi mirandus fervor, & devotio, in hæc verba Christi: (Ecce mater tua) dum enim hæc mente

volveret, solitus erat totus in lachrymas dissolvi, ita ut annos fere viginti lachrymis perpetuis consumeret, quæ sæpè in E potum ei serviebant. Unde quocies memoriam passio Christi fubibat, & pervenerat ad hæc verba, & obrutus lamento has mari dabat voces: Ecce mater qualiter pendit filius tuus: tum filio: Ecce mater tua lacrymosa, & dolorosa: vide, fili, quomodo stat tota derelicta mater tua. Ludolph. in Saxon. 2. part. de vita Christi, c. 53.

Legitur de quodam Religioso, qui circa conversionis suæ initia quadam immoderata tristitia lethali ter afflictebatur, ita ut nec legendi, nec orandi, nec aliud faciendi modum inveniret. Ille, dum die quadam in cellula residens graviter hæc passione affligeretur, & incredibili dolore opprimeretur, facta est ad eum vox desuper dicens: Quid hic sedes otiosus, & in te ipso tabescens? surge nunc, & meam devotè pertracta passionem, & in amaritudine tuam devinces dolorem. Quo audito statim surrexit, & mandato fecit satis, & hac medicina sanatus per ejus continuam replicationem nequaquam plus de cætero tali oppressus est passione. Ludolph. in Saxon. 2. part. de vita Christi, c. 51.

Circa annum ab Incarnatione Domini millestimum ducentisimum decimum sextum, vir quidam fidelis, & bonus de F. pido Dinantheo mare transiit, & ingressus terram sanctam, loca singula, in quibus pedes Domini steterit quibuldam indicis ferebatur, multa devotione, & lachrymis visitavit, cumque venisset ad locum Calvarie, ubi audivisset Redemptorem nostrum mortis angustias, & crucis supplicium pertulisse, gravissimis suspiriis ingemiscens cum clamore valido, & lachrymis dixit: Quid tibi, benignissime Domine, quid, inquam, tibi, Christe, retribuam pro omnibus, quæ prius amator amabilis, mihi mirabiliter tribuisti? Vidi prius loca in quibus natus, & inter homines conversatus doctrinam Evangelicam prædicasti, & Deitatis tuæ indicia per miracula demonstrasti. Hæc quidem ob amorem, & reverentiam tui, sincero corde complexus sum: hunc vero locum passionis, & mortis tuæ æquo animo videre non possum, ubi clavis crucifixi, trebrari lancea, & animam pro nobis tradere voluisti: Hæc ut beatus ille peroravit exclamans, ruptis vitibus cordis venis spiritum exhalavit. Thom. Brabant. 1. 1. Apum, c. 25. p. 5.

De quodam martyre propè nostra tempora veridicæ relatione suscepti: cum capess cavidam gentili tyranno serviret, & ille cum honestissime tractaret, martyr autem genubundus incederet, miratus tyrannus causam tristitia quaerit, & G quare cum servis aliis non gauderet. Qui martyr, cum aliis, inquit, gaudeo, sed semper tristis incedo, quia mortis Dei mei memor, continuè in corde meo passionis ejus flagmata porto: hæc mox ut tyrannus audivit, graviter indignatus: Ego, inquit, experiat, quæ dixisti: nec moro extempore vocato, jubet aperto pectore mirantis; cor ejus evelli, & per medium cultro secari: ubi statim tyranno eum fuis miranda conspiceret, quia pro sigillo pars una cordis, Crucifixi Christi imaginem continens reperitur. Quo viso tyrannus mox credidit, & eum omnibus suis sacrum baptismi suscepit. Idem ibid. p. 8.

Quam ferventi devotione, & amore Christi passionem Coleta virgo, Ord. S. Clare religiosa, coleret, sic habet Stephanus Juliacus ejus vitæ scriptor, & contemporaneus. Coepit id ætate adhuc tenera, à matre sic instituta, quæ profectò, & timebat & amabat Deum, & quociesque cum lachrymis, & gemitibus dicebat preces de Salvatore passionem multum condolens injuriis, & poenis, quas ille pro humani generis redemptione libentissime toleravit. Eas autem preces Coleta puella diligenter attendens, adeo memoria mandavit, ut deinceps eorum H non potuerit oblivisci. Itaque quotidie hora meridiana, qua Christus crucifixus est, angores cordis sentiebat vehementissimos cum Christo acerbissime patiente; utque eos secretiis, & devotiis proferret, libenter ea hora ab aliis se subducebat hominibus, atque ita sola manens omnes animi vires intendebat ad cogitandas injurias, persecutiones, convicia, opprobria, horrendam, & ignominiosam mortem, qua Christus desiderio salutis nostræ patienter, & cupidè perpassus est. Porro in ejusmodi meditationibus sepe missæ extrâ se rapiebatur, & in Deum transformabatur ardentissimo desiderio, & amore: ratè præcipue tamen sextis feriis ab hora sexta matutina usque ad horam sextam vespertinam, manè audita missa, nihil interim manducans, aut bibens, tam erat ferventer, & efficaciter Dominicæ commemorandæ passionis inuenta, ut sæpè numero præ doloris vehementia in manibus, pedibus & latere suo sibi revera videretur clavis, & lancea confixa: Equis verò posset lachrymarum imbres, & anxios gemitus exprimere

primere, quibus illa occupabatur tota hebdomada, quam A sanctam vocamus: In ipsa enim ejus virtutem studiosa juvenute specialis quadam ei collata erat gratia circa Christi passionem. Cum enim aliquando ferventer, & profundè eam meditata fuisset, Christus ei apparuit, indicavitque familiariter modum, quo passus esset, & ut singulis membris suis singulares pertulerit cruciatus, humane salutis amore. Inde verò Coleta vehementissimum quemdam conceptit cordis dolorem: & angustiam: ac nihilominus ardore quadam amoris, & devotionis erga Christi passionem in tantum incensa fuit, ut sæpius reminiscens hujus visionis, & crudelium poenarum, quibus affectum viderat corpus innocentissimum Salvatoris planè destitueretur viribus, nihilque profus ex-terius sentiret in statum alium transformata. Atque ita in sancta hebdomada multa ei divinitus præstabantur sanè memorabilia. Cum enim foret, dolores, quos passus est Dominus in corpore suo, adeo renovabatur in corde, & corpore illius, ut nunquam sic videret mulier læcorum parturiendo, quantum ipsa videbatur concipiendo, & c. Ex Stephano Juliano Sur. tom. 2.

B Amor Christi Jesu Crucifixi, & meditatio acerbissima passionis ejus, ita crevit in Lydyana virgine sanè admiranda, ut nihil ei majori esset solatio, quam in illius foraminibus, atque plagis, instar columbæ nidificans, jugiter commorari. Ejus enim vulnera, & dolores acutissimi animam virginis adeo penetrarant, ut quamvis ipsa in singulis membris suis omnis generis cruciatus vehementissimos pateretur, ita ut omnes, qui eam cernerent, non possent non multa commiseratione affici, eos tamen cruciatus quasi pro nihilo putaret. Totâ vitâ ejus in Christi rebus gestis, tanquam in viderio amensissimè versabatur: & iis meditando trahebat ardentissima ab immo pectore suspiria, & ab oculis lachrymarum fundebat imbres, usque deficientibus, guttas sanguineas. Illas autem lachrymas, Christi Crucifixi amore fufas, apud familiares, appellabat rosas suas. Jo. Brugmanus Franciscan. 2. p. vite ejus cap. 8. apud Laur. Sur. 14. April. tom. 2.

Admirabili Virgini Clare Ord. S. Francisci Religiosæ familiaris erat planctus Dominicæ Passionis: ex facris enim ejus vulneribus, nunc Myrthas exhaurebat affectiones, nunc dulcia exugebat gaudia. Hanc lachryma Christi vehementer inebriabat, & quem cordi suo profundius amor impresserat, frequenter memoria representabat. Docebat novitias Christum plangere Crucifixum, & simul, quod verbis docebat, factis explebat. Nam sæpè eum in secreto ad talia hortaretur, præveniente verborum exitum, irriguum lachrymarum. Inter horas dicti, sexta, & nona, majori compunctione afflictebatur, ut cum immolato Domino immolaretur: Nam & semel hora non otantem in cellula diabolus in maxilla percutiens, oculum sanguine, genam livore effundit. Ut autem Crucifixi delictis absque intermissione pasceret mentem, orationem de quoque plagis Domini frequentius rumina- bat. Officium Crucis, prout Crucis amaror Franciscus intulerat: dicit, & affectu consimili frequentabat. Chordulam tredecim nodorum scopulis annulatam, subtus ad carnem cingebat secreto in memoriam vulnere Salvatoris, & c. In vita ejus jussu Alexand. 4. Pontif. Max. conscripta, apud Sur. tom. 4. Ang. 12. c. 20.

Passionem Domini Jesu Christi Salvatoris nostri quanta animi devotione in suo pectore versarit Hedvigis Ducissa Poloniae mulier pietissima, vel ex hoc utcumque colligi potest, quod etiam res minimas, quæ mysterium crucifixionis Dominicæ representarent veneratione afflictebat: Nam ubicumque humi complexi jacentes stipulas, Crucis imaginem referentes genibus suis adorabat, tollensque eas, & excusculari tali eas loco repositis, ubi non possent pedibus conculcari. In vita ejus apud Sur. tom. 5. Od. 15. c. 5.

Vulgatissimum est corpori S. Francisci divinitus fuisse impressa quæ vulnere Christi, & è carne ipsius mirabiliter clayas ad manus, ac pedes conformatos. D. Bonav. in vita ejus c. 13.

Thom. Cozius Eugubinus, Congregationis oratorie Romæ presbyter asserit, se vidisse corpus Clare Virginis de Montefalco, & eor ejus, in quo insculptus est Christus crucifixus ex eadem carne flagra, quibus est cæcus, cum oculum, cui alligatus, omnia denique simulachra, quibus ejus perpeffiones referuntur, & c. Lib. 15. de Sign. Eccl. 3. tom. 2.

Caím S. Brigitta in regno Svedie orta decimo ætatis anno concionem de passione Domini in templo audivisset, ipsa

conservans omnia verba in corde suo, & conferens, nocte sequenti vidit in somnis Christum quasi eadem hora crucifixum, sibi que dicens: En ut cruciatus sum: Illa existimans eadem hora recens id factum, ait ad eum: Equis istud tibi fecit, Domine, Christus respondit: Illi, qui me contemnunt, & charitatem meam negligunt. Tum illa ad se reversa usque adeo fuit affecta erga passionem Christi, ut ejus mysteria rarò sine lachrymis ad memoriam poterit revocare. D. Anton. 3. part. Chron. tit. 24. cap. 11. in corp. apud Sur. 23. Jul. cap. 4.

Eadem Brigitta cum duodennis tantum esset, & nocte quadam oraret, matertera ejus latenter cubiculum ingressa, invenit illam ceteris dormientibus, in silentio clam ante lectum suum, nudum adorare cum lachrymis Crucifixum. Suspensam autem, levitate quadam puellari id fieri, virga eam percussit, sed in minutissimas partes defecit. Admirans igitur dicit ad eam: Quid egisti, Brigitta? Num te docuerunt feminæ preces quasdam fallaces? Illa cum lachrymis respondit: Non, Domina mea, sed surrexit lecto, ut laudarem eum, qui me semper solet adjuvare. Sciscitante matertera, quibus ille esset, respondit: Crucifixus est, quem pridem complexi. Ab illo die matertera ejus cepit eam & amare impensius, & amplius F venerari. Non diu post ludens cum puellis Brigitta, vidit diabolum tanquam centimanum, aut centipedem, horrida specie deformem. Perterrita igitur, occurrit ad lectulum suum humiliter se Christo commendans. Ubrutus est terribili spiritus apprensus: Nihil possum, inquit, nisi permittat Crucifixus. D. Anton. ibid. 19. Sur. c. 5.

Anno Dom. 1112. Alphonfus Portugalliæ Dux primus patri Henrico successit. Hic commissurus prælium adversus quinque Saracenorum Reges, cum trepido profus esset animo, confirmatus est à Christo in somnis, jussusque in aciem descendere, signumque atollere, cui quinquè ipsius vulnera, quæ ostendebat, depicta essent. Egit hoc Alphonfus, & nobilissimam victoriam reportavit. Ex illo insigni Regibus Portugallensibus fuit quinque Christi plagis ornatum vexillum. Thom. Boz. lib. 7. de Sign. Eccl. c. 7. ann. 1112.

Anno Dom. 1500. claruit in Italia in civitate Ferrariensi virgo quadam devotissima, Dominicæ passionis meditatrici ferventissima, nomine Lucia, soror professa sub tertia regula S. Dominici Ordinis Prædicatorum: stigmatibus Crucifixi visibiliter, & sensibilibiter insignita, quæ omni tertia feria sanguinem fluentem de se manifestè emittunt. Et licet præfata G virgo continuum corundem stigmatum sentiat dolorem, quartis tamen, & sextis amplius cruciatur. Hæc stigmata multi viri docti, & clarissimi & viderunt, & palpavit, qui testimonium miraculo perhibent, quorum testimonio nos contra dicere nec volumus, nec debemus. Joan. Trithem. in Chron. Sponheim. sub ann. Dom. 1500.

B. ELIZABETHA, Thuringii Principis uxor, cum die quadam cum ornatu, & comitatu regio Ecclesiam ingressa esset, statim ubi Crucem vidit, Christumque in ea pendente, cepit in lachrymas solvi, & dolore acerrimo torqueri, ob hanc intamam cogitationem, quod cum Deus, & Salvator suus in patibulo moretur, ipsa gemmis auro, purpuraque fulgeret: illius caput spinea corona cruciaretur, suam auream ornaret: ille ab amicis, & discipulis desertus, undique à derisoribus circumseptus esset, ipsi autem multi famuli adessent, omnes eam colerent, atque susciperent. Quare eum se propterea infelicem, & miseram, ac propè modum damnatam appellaret, quæ tam malè suum imitaretur Creatorem tantum in ea valuisse hanc meditationem ferunt, ut exanimis in terram collapsa sit, vixque multo labore, & opere ad se revocari poterit. Hæc eadem secum debet nobilis quisque meditari, cum se ab omnibus honorari, omnes sibi assurgere, suosque nutus observare videt, ut non modò non his inaniter gaudat, sed potius, quod ad se quidem atinet, moleste ferat, & erubescat, quod tam longè à Domini, Salvatorisque sui humilitate distet. De quo scriptum est: Ego autem sum vermis, & non homo opprobrium hominum, & abjectio plebis. Qui etiam timeat, ne cum in hac vita exaltatur, deprimat in altera, impari sine dubio compensatione, si pro tam brevi honore probrum subeundum fuerit sempiternum. Hieron. Plat. lib. de dignit. Gord. c. 17.

Dominicæ autem Passionis meditatione ut nihil utilius censet D. Bernardus, ita etiam ipsum Dominum pro nobis patientem, quo promptius eum menti obiciamus, proponit, dum ita in quodam sermone loquitur. Caput angelis tremebundum spiritibus densitate spinarum pungitur: facies pulchra præ filiis hominum spicis Judæorum deturpatur: oculi lucidio-

